Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

28

& tres egrediuntur de altero · quia fuerunt doc
tores ante aduentum dni in carne qui fidem scae ·
trinitatis mystica uoce designarent · & quantum
rudes adhuc capere poterant praedicarent · Unde
est illud psalmistae · uerbo dni caeli firmati sunt
& spu oris eius omnis uirtus eorũ · Nomine & enim
dni patrem · nomine uerbi filiũ · spm uero scm
ipso suo nomine spm oris eius appellat · Cuius
uidelicet scae trinitatis unã esse potentiã uolun
tatẽ & operationẽ designat · Cum & caelos uer
bo dni & omnẽ uirtutẽ eorũ spu oris eius esse fir
mata asseuerat · Sunt modo doctores qui eandem
fidem scae trinitatis aperte praedicent · ita ut omnes
qui ad xpm pertinent eadem debeant fide conse
crari · Dicente apostolis dno · Euntes ergo do
cete omnes gentes · baptizantes eos in nomine pa
tris & filii & sps sci · Unde & paulus pro fide
libus orans · eosq; in fide accepta confortari
desiderans ait · Gratia dni nri ihu xpi & cari
tas di · & communicatio sps sci cũ omnib; uobis ·
Item tres calami ex uno latere candelabri · & tres
pdeunt ex altero · quia & ante & post incarnatio
nẽ dominicã terni fuere gradus eorũ qui fide
liter in eccta dno seruirent · coniugatorũ uidelicet